



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioan. Petri Maffei, Bergomatis, E Societate Iesv,
Historiarvm Indicarvm Libri XVI.**

Maffei, Giovanni Pietro

Antverpiae, 1605

Amboini Insvlae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11473

Rex Geiloli Maurus honorificè de Alfonsi exitu loquitur.

Percussores Alfonsi, cum propinquis diuina ultione consumpti.

diffimus. Eius viri mors ipsis quoque barbaris regibus delori fuit. magna enim erat apud omnes nomen eius in admiratione. Regem quidem Geiloli Maurum, gratiamque Christianorum aduersarium, de Alfonsi exitu atque animi fortitudine verbis honorificis disserentem, ad eos qui aderant inter cætera ferunt dixisse: Quid simile nostri Cacitii? Nec verò Dominus tam iniustam necem ne in hoc quidem seculo inultam reliquit. quippe ab Iris insula præfecto ac magistratibus pro certo cognitum est, paucis diebus omnes non modò parricidas illos, sed etiam parricidatum propinquos vario ac miserabili mortis genere periisse. namque alii fœdissimis roto corpore pustulis enascentibus paulatim excoriati horribiliter vlulantes igne sacro consumpti sunt: alii tormentis in bello discerpti: denique is etiam, qui abreptum Alfonsi vendiderat calicem, membris mirandum in modum intumescens, vitam finit: quos aiunt, sublati ad sydera manibus, tum denique diuinum auxilium supplices implorasse.

REGIO MAURI.

Vltra Ternatem leucas 60, regio Mauri cernitur diuisa bifariam; altera pars in continenti est, & Morotia dicitur, octo Christianorum loca complectens: altera Morotai nominatur, constatque duabus insulis, quarum in vna minore vici Christianorum tres anno post Christum natum 1552, in altera maiore, octodecim visebantur. Christianorum porrò capitum numerus erat quinque & triginta millium: qui ex eo tempore maiorem in modum multiplicatus est. anno quippe 1563. Christianorum vici sex & triginta fuisse dicuntur, & in iis aliqui familiarum ferme octingentarum, anno verò 66, ad septem circiter & quadraginta: qui nullos habent pastores magistro sive, nisi è Societate, cuius in ea prouincia non sine magnis assiduisque laboribus atque periculis in summa egestate versatur industria.

AMBOINI IN SVLÆ.

AD Maluci prouinciã Amboini quoque terra locuti Mauri pertinet, abestque Ternate leucas 80. Malaca autem (ex quo loco nauigantibus Malucarum insularum prima Amboinus occurrit) trecentum & quinquaginta. Christianorum pagi erant in ea septem dumtaxat anno 1545, cum Franciscus Xaverius eò se contulit: Sociorum deinde opera factum est, vt anno 1562 plus triginta numerarentur.

ANNO 1552. Christianorum vici 35. millia.

ANNO 1566. Christianorum vici 47.

merarentur. anno verò 63, Christianorum plus decem millia facta: quo ipso tempore Socii ad alia oppida duo baptismis lustranda profectioem parabant, incolarum circiter quadraginta millium. Vni eorum Lucebata nomen est, cuius principes ad ceteros in proposito continēdos iam baptizauerant. In eadem insula est insigne oppidum Recaniue Maurorū: ii à Mahometis cultu ad Christiana sacra cōuersi, cum aliis vitiis, tum illo præcipuè purgati sunt, multas habebant singuli vxores, qui quidem per diuitias poterant. nam in Amboino vetus erat consuetudo, puellas a parentibus in vxores dote persoluta cōemere: id quoniam pauci poterant, duplex inde sequebatur incommodum; vt & diuites multis nuptiis per libidinem miscerentur; & pauperes vel cælibem vitam agere, vel quas alii respuissent, in matrimonium ipsi ducere cogentur. Hic mos quamquam infimis pro virili adiuuantibus, resistentibus tamen vi summa potentioribus, magna Sociorum contentione sublatus est.

SOLOR, MACAZAR, &c.

MAcazaris ampla regio leucas 300 abest Malaca, & spatii tantundem occupat ambitu. felix admodū terra, auriq̄ue ferax & sandali, & aquilani cuiusdā ligni odorati, pigmentiq̄ue eius, quod lacre vulgò appellatur, cuius tum ad pingendum, tum ad obfignandum vsus egregius: ita quippe materiæ subjectæ adhærescit, vt inde nulla ratione possit nec auelli, nec elui. Seruitiis multis, & omni copiarum genere abundat. Inde Malucum dierum octo, Amboinum verò ferme quatruidi est cursus. Primus in ea sese publicè ad Christum adiunxit vnā cum vxore ac liberis aliisque compluribus Rex Supanorum, gener imperatoris cuiusdam opulentissimi, qui mediterranea plagæ illius incolit loca, vrbemque præcipuè Sedenrem maximā ac celeberrimam; hæc in plano sita, carnibus, piscibus, fructibusq̄ue est referta. lacus est proximus multis nauigationibus frequens, copiosis vrbibus vndique cinctus, cuius longitudo leucas viginti, latitudo quinq; circiter colligit, plenus varii generis piscium. ex eo effluens amnis, per mediterranea triginta dierum iter emensus, in mare sese effundit ad vrbem orientis Maluum, cuius oræ aiunt regem in primis potentem dominari, qui Lusitanorū amicitiam vehementer experat. Alia est regio eodem Macazanis nomine, sed inferior, regem habebat cum aliis multis Christianum: cui

Anno 63^o
decē mil
lia Chri
stianorū
facta.

Lucebata
Recaniue

Mos ne
farius
sublatu

Rex Su
panorum
cum vxore

re ac li
beris aliis

q̄ ad
Christū

accedit.
Sedenrem

vrbs cele
bris.
Maluum

vrbs orientis.